

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zweiter Band.

Mit fünf Handschrift-Tafeln.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1877.

Acht päpstliche Privilegien.

Mitgetheilt von P. Ewald.

Als ich im Herbst 1875 in einigen deutschen Archiven den Bestand der päpstlichen Originalurkunden bis zum 12. Jahrhundert behufs diplomatischer Behandlung untersuchte, fand ich noch hier und da ein unbeachtetes oder wenigstens unedirtes Privileg. Die bevorstehende neue Ausgabe der Jaffé'schen Papstregesten veranlasst mich, das Unbekannte an dieser Stelle mitzuthemen. Für die Regesten ist es gewiss wünschenswerth, wegen der Citate die Papst-Urkunden möglichst zahlreich publicirt vor sich zu sehen, und wäre es auch passender, jene in ihren verschiedenen heimathlichen Localzeitschriften zu ediren, so leitete mich der practische Zweck des schnelleren Erscheinens und der Gesichtspunkt, dass päpstliche Urkunden ein mehr als locales Interesse für sich in Anspruch nehmen. Auf die 7 Papstbullen für Deutschland lasse ich eine 8. für Spanien folgen, zu deren Kenntniss ich durch die Güte des Herrn Prof. Wattenbach gelangte.

I.

Papst Alexander II. bestätigt auf Bitten des Bischofs Udo von Toul sämmtliche Besitzungen und Rechte der Kirche des heil. Gengulf. 1069. Mai 5. Lateran.

† Alexander episcopus servus servorum dei dilecto in Christo fratri Udoni Leuchorum¹⁾ episcopo perpetuam in domino salutem.

Ex consideratione sedis, cui licet indigni presidemus, circa salutem omnium ecclesiarum cotidiana sollicitudine nos convenit vigilare, et earum iura munimine apostolice protectionis inlesa servare. Unde quia religio tua postulavit a nobis, quatinus basilicam in nomine S. Gengulfi titulata, quam S. Gerardus predecessor tuus ad usum deo inibi servientium edificavit, et fraternitas tua pene in²⁾ nichilum redactam

1) Schluss der ersten Zeile, die mit verlängerten Buchstaben geschrieben ist. 2) Hs. ui.

possessionibus et cultoribus pie intentionis studio restauravit, auctoritate apostolica muniremus, petitioni tue quia iustitie convenire videtur libenter annuimus. Quapropter auctoritate apostolica predictae ecclesiae confirmamus atque corroboramus quicquid caritas tua divinitus monita iuste sibi contulisse et restituisse dinoscitur iuxta scriptum constitutionis tue nobis delatum, scilicet ecclesiam Seuntensem¹⁾ cum cappella de Cheuliaco. Omnem quoque possessionem ville que dicitur Bosonis montis, cum integra ecclesia in honore S. Georgii martiris quam restruxisti, scilicet viginti quinque mansos, duodecim infra potestate et tredecim extra; inter Moreneis et Hundini villas²⁾ septem mansos et in valle Maldismiadomnum Parium et Bittineis VI mansos, aput Guandoni villam tres mansos cum banno, ecclesiam quoque Gavillonis, ecclesiam Marbagii, ecclesiam Maenulfi³⁾ ville; aput Pompanium vineas duas, in Barro⁴⁾ monte vineas duas, item in eodem monte plantariam noviter plantatam. Omni anno de telonio mercati Tullensis triginta solidos, aput fontem S. Mansueti condumam unam, in Marclede⁵⁾ condumam unam, aput Medianum vicum patellam unam salis cum sesso⁶⁾, aput fagum in Leisi valle⁷⁾ vineas IIII, et XX iornales terre et duos mansos mansioniles, in vico S. Apri vineam unam, in Barro⁴⁾ monte in Cazavalde VI ordines vinearum, in Hattonis valle ordines duos, in Calvo monte ordines VIII, in prato Amantii vineam unam, in Gula unam, in Intervallis vineam unam, in summo Barro vineam unam, in Calcatoriis vineam unam, in plantaria S. Mansueti II ordines, mansum etiam unum infra menia eiusdem urbis, in quo sedent domus et cellarium quem dedit Azelinus⁸⁾ pro prebenda sua et pro remedio anime patris et matris sue cum omni hereditate sua, scilicet in Guarneri⁹⁾ plantiditio duos ordines et dimidium vineae, aput quartarios IIII ordines, in prato Amancii II ordines. Adiunguntur etiam XXI ordines vineae in plantaria S. Mansueti et molendinum cum sesso⁶⁾ et venna¹⁰⁾ super Mosellam, a te constructum, et furnum cum manso in mercato ante ipsum cenobium, mansum unum in villa Barro, et omnem hereditatem quam dedit Oderinus¹¹⁾ pro prebenda filii sui, mansum unum infra menia urbis iuxta

1) In der Urkunde Heinrichs IV. (Stumpf 2672) bei Calmet: Semitensem. Dagegen bestätigt Bischof Poppo von Toul 1105: eccl. Sensensem cum cap. de Cheulaco. (Calmet, Hist. de Lorraine, Nancy 1748. III. p. XLIX.). 2) Hs. vielleicht villam. 3) Poppo: Menovilli ville. 4) Hs. vielleicht Basso. 5) Hein. IV.: Maresdo (alias Marsclede). 6) Hs. vielleicht sersu; du Cange: sersu perperam pro sessus, locus ubi sal conficitur. 7) Poppo: in Lersi valle. 8) Heinr. IV.: Acelinus Poppo: Ascelinus. 9) Poppo: Varneri. 10) du Cange: venna septum ad interceptiendos pisces. 11) Heinr. IV.: Odelinus.

puteum Gudrici¹⁾, et vineas in Barro villa et omnem hereditatem quam²⁾ dedit Saroardus³⁾ pro prebenda filii sui, de rebus quoque ecclesie teloneum mercati ex integro quod erat dominicale, unde procedunt XV libre cum XXX solidis supra nominatis, quos possederant, pro quo dedisti in concambio alodium Hesle in episcopatu Leodicensi et medietatem ecclesiae Furentele consecrate per manus domni Leonis noni apostolici⁴⁾, et quartam partem duarum capellarum aput dictam ecclesiam pertinentium, quarum una est sita Hesle in onore S. Andree, altera in Gualtine in onore S. Martini, cum familiis et beneficiis suis et omnem supradictam potestatem, sicut tibi hereditario venit, cum molendinis terris cultis et incultis, parietinis, aquis aquarumque decursibus, silvis, pascuis, mancipiis sexus communis, furnum etiam indominicatum infra urbem, adhuc etiam quicquid ecclesia tua aput Banniolum⁵⁾ possidebat cum ecclesia et banno et omni integritate sua, aput Emerelli⁶⁾ villam VII mansos et dimidium cum ecclesia et omni integritate sua, aput Medianum vicum sessum⁷⁾ unum quem redimisti et alterum sessum⁷⁾ pridem dominicatum cum duabus vineis⁸⁾ et tantum terre indominate que sufficit arationi trium aratorum cum septem quartariis et banno et prato indominicato cum reliquis pratis et aliis appendiciis, aput Menulfi villam V mansos et dimidium, excepta terra indominicata, qui commutati sunt ab abbate S. Salvatoris et dona altarium supra dictarum ecclesiarum, et que adhuc⁹⁾ acquisierint, ut perpetuo teneant secundum morem congregationum eiusdem urbis. Hec omnia iuxta preceptum tuum prenominate ecclesiae perpetuo possidenda apostolica auctoritate concedimus. Constituimus etiam ut archidiaconus ipsius civitatis secundum idem tuum decretum ut cardinalem archidiaconatum illius civitatis ad eandem ecclesiam pertineat¹⁰⁾. Quatinus prepositus ipsius loci eum perpetuo in beneficio possideat et omnes supra memoratas res in usus fratrum ibidem deo deservientium relinquat. Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostre paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et nisi vel ea que ab illo sunt male ablata restituerit, vel digna penitentia illicita deflexerit, a sacratissimo cor-

1) Heinr. IV.: Vidrici.

2) Hs.: quem

3) Heinr. IV.:

Sarnardus. Poppo: Duorardus.

4) Hs.: apostolice.

5) Hs. viel-

leicht Hanniolum. 6) Heinr. IV.: Amerebli. Poppo: Ameralli. 7) Hs.: sextum.

8) Hs.: eneis. Heinr. IV.: ineis.

9) Hs.: aduc.

10) Heinr. IV.: confirmamus etiam cardinalem archidiaconatum eiusdem urbis ad ipsum cenobium pertinere ut praepositus etc. Poppo: ut cardinalem archidiaconatum obtineat.

pore ac sanguine domini nostri Jesu Christi alienus fiat atque in eterno examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis recipiant et aputiustum iudicem premia eterne pacis inveniant. Scriptum per manus

(Circulus pontificalis mit den Sentenzen: 'Deus noster refugium et virtus' zwischen den Kreisen, und: 'Magnus dominus noster et magna virtus eius' in der Mitte).

Datum Lateranis III. Nonas Mai per manus Petri S. Romanę ecclesię diaconi ac bibliothecarii anno VIII. domni Alexandri secundi pape, anno videlicet dominicę incarnationis millesimo sexagesimo¹⁾ VIII, indictione VII.

Das Original befindet sich im Staatsarchiv zu Coblenz. In Betreff des Inhaltes sind die bereits citirten bei Calmet, *Histoire de Lorraine*, abgedruckten 2 Urkunden, Heinrichs IV. von 1065 und Poppo's von 1105 zu vergleichen. Unsere Urkunde ist auf sehr weiches und in Folge seiner Zartheit stark zerknittertes Pergament, von 0,65 m. Höhe und 0,52 Breite in der eigenthümlich päpstlichen Canzleischrift geschrieben und zwar in seltener Reinheit, wenigstens für diese Zeit; das gewöhnliche Minuskel A kommt nur einmal vor. Da diese Schrift in Toul wenig bekannt war — auf der Rückseite des Pergaments steht die Notiz 'littera vix legibilis' — begann eine Hand des XII. Jahrhunderts über die einzelnen Worte die Uebertragung in gewöhnliche Minuskelschrift zu setzen. Doch ist dies nur bei den ersten Zeilen geschehen. Die Schrift ist jetzt besonders an den gekniffenen Stellen schwer lesbar, auch sonst rr und ss kaum zu unterscheiden, ebenso die Abkürzungen für s und m. So war oft eine völlige Sicherheit, besonders in der Entzifferung der Namen nicht zu erreichen und fand ich es geboten die entsprechenden Abweichungen der Urkunden bei Calmet zu notiren. Der Text schliesst 'Scriptum per manus' ohne dass ein Namen darauf folgt, und dass die Urkunde nicht fertig ausgestellt ist, beweist ebenso das Fehlen des Monogramms für Bene Valet, was gewiss bei dem Vorhandensein des Circulus pontificalis, höchst auffallend ist. Aber noch mehr überrascht es, dass eine andre Urkunde Alexanders II. an demselben Tage 1069 Mai 5, und für denselben Petenten Udo von Toul (aber hier für die Salvatorkirche) ausgestellt, genau die nämlichen Eigenthümlichkeiten zeigt. Auch hier endigt die auf gleichem Pergament in päpstlicher Canzleischrift geschriebene Bulle mit den Worten: 'Scriptum per manus', dann folgt der Circulus pontificalis; das Monogramm fehlt auch hier. Das Original dieser 2. Urkunde ist ebenfalls in Coblenz und ist von Beyer im *Mittelrh. Urkundb.* I, 425, wenn auch nicht durchweg richtig, edirt. Wie sie freilich in dieses Urkundenbuch kommt, ist nicht verständlich. Veranlasst könnte es sein durch die Worte p. 426: 'Ecclesia de Confluentia que est in onore S. Heiddi', aber im Index p. 782 sind sie richtig auf Conflans und nicht auf Coblenz bezogen.

In beiden Urkunden ist nun die erste Zeile in verlängerter Unciale und die Datirung in sehr kleiner Minuskel mit hochgestreckten Schenkeln geschrieben. Die Bleibullen fehlen. Unten ist an der Mitte des ge-

1) Hs.: mill. sex°.

wöhnlichen Umschlags unserer Urkunde, wegen der Zartheit des Pergaments ein Streifen von gleichartigem Pergament herumgelegt; so hatten die noch jetzt vorhandenen kirschrothen Seidenfäden, indem sie durch 4 Blätter gehen, einen stärkeren Halt zum tragen der schweren Bleibulle. Diese Vorrichtung fehlt an der andern Urkunde. An beiden ist das Ende des Umschlags nicht grade geschnitten.

II.

Papst Adrian IV. nimmt das Kloster S. Peter im Schwarzwalde in seinen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen. 1157. September 26. Anagni.

Adrianus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Girardo priori ecclesie S. Petri de Cella eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum¹⁾).

Apostolice sedis auctoritate debitoque compellimur pro universarum ecclesiarum statu satagere et earum utilitati paternam sollicitudinem providere. Quocirca dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus elementer annuimus et prefatum S. Petri monasterium quod ad Cluniacensem spectat ecclesiam, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec specialiter duximus annotanda. Prefatum videlicet locum qui Cella dicitur cum suis appendiciis in quo monasterium vestrum situm est, a bone memorie Burchardo Basiliensi episcopo per concambium ecclesie vestre concessum et postmodum a venerabili fratre nostro Ortilbo successore ipsius atque a karissimo filio nostro Conrado Romanorum rege scriptorum suorum munimine roboratum, ecclesiam quoque de Ahtekarl²⁾ ab alterius iure liberam cum sepultura et baptismo parvulorum, quem admodum iudicio venerabilis fratris nostri Hermannii Constantiensis episcopi vobis rationabiliter adiudicata est, curtem de Rimesingen, curtem de Greteshusen, item curtem de Rimesingen, curtem de Husen, ecclesiam de Gruningen³⁾, curtem de Munscingen, curtem de Maingen, curtem de Oliswilare, curtem de Wolvenwilare cum ecclesia, curtem de Eberingen, curtem de Scalstat⁴⁾, curtes de Obfingen⁵⁾, curtem de Vringen, cur-

1) Schluss der ersten Zeile, die in verlängerter Schrift geschrieben ist.

2) Bei Neugart in der Bestätigungsbulle Alexanders III. Ahtkarle.

3) Neugart: Grüeningen.

4) Neugart: Scaltat.

5) Neugart: Op-

phingen.

tem de Ahdekarl¹⁾, curtem de Routwilo²⁾, curtem de Scafhusen, curtem de Hendingen³⁾, curtem de Rigolh⁴⁾, curtem de Ruthin⁵⁾, curtem de Haegelingen⁶⁾, curtem de Mundingen, curtem de Denzelingen⁷⁾, curtem de Deningen⁸⁾, curtem de Lezmatde⁹⁾, curtem de Bulswilare¹⁰⁾ cum ecclesia, curtem de Asszebah, curtem de Hugelheim, curtem de Vchim, curtem de Tottinchoven, curtem de Kartheim¹¹⁾, curtem de Stinunstat, curtem de Sleingen, curtem de Muchheim, curtem de Altelinghoven¹²⁾, curtem de Ruedelinghoven, curtem de Ramenhanc¹³⁾, curtem de Heszingen, curtem de Hodorf, curtem de Lefingen, curtem de Hostat, Argentine duas curtes, curtem de Sunthusen, curtem de Lingontesheim et curtem de Eppheto¹⁴⁾, cum terris vineis pratis silvis molendinis. Prohibemus autem ut nullus ecclesie vestre advocatus gravamen vobis inferat sed iure suo contentus¹⁵⁾ nichil plus iusto a vobis vel hominibus vestris exigere vel violenter auferre presumat. Nulli ergo hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet molestiis fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non se congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen Amen Amen.

(Circulus pontificalis mit der Umschrift: † Oculi mei semper ad dominum' und den Worten 'Adrianus papa III.' in der Mitte. Monogramm für Bene valete).

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tt. S. Praxedis ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tt. S. Crucis in Hierusalem ss.

1) Neugart: Ahetekarl. 2) Neugart: Rotwile. 3) Neugart: Endingen. 4) Neugart: Riegol. 5) Neugart: Rutim. 6) Neugart: Heggelingen. 7) Neugart: Tenzelingen. 8) Neugart: Teningen. 9) Neugart: Ceismate. 10) Neugart: Boleswilare. 11) Neugart: Hartheim. 12) Neugart: Hatelinhoven. 13) Neugart: Bammenanch. 14) Neugart: Eppheche. 15) Die Worte prohibemus bis contentus fehlen im Original.

†Ego Heinricus presb. card. Ss. Nerei et Achillei ss.

†Ego Boso diac. card. Ss. Cosme et Damiani ss.

Datum Anagnie per manum Alberti diaconi cardinalis S. Adriani vicem domini Rollandi S. Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii gerentis VI. kalendas Octobris Indictione VI. incarnationis dominice anno MCLVII, pontificatus vero domini Adriani pape IIII. anno III.

Das Original dieser Urkunde befindet sich im General-Landes-Archiv zu Carlsruhe. Sie ist mit allen Formalitäten der grossen Bullen, auf starkem Pergament ausgestellt und zeigt verschiedene Correcturen, die mit blasserer Tinte geschrieben sind; so: (Ho) stat und in der Datirung an der Jahreszahl die letzte 1; endlich ist auch das Kreuz vor der Sentenz im Circulus und das E (go Adrianus) von der Unterschrift in auffälliger Weise mit derselben Tinte geschrieben. Angelfaden hängt am Umschlage die gewöhnliche Bleibulle Adrians IV.

In Betreff des Inhaltes ist zu vergleichen die spätere Bestätigungsbulle Alexanders III. von 1179 März 30. Jaffé, Reg. Pont. 8688, edirt bei Neugart, Episcopatus Constantiensis Pars I, Tom II, p. 587. Die abweichenden Namensformen habe ich angegeben.

III.

Papst Alexander III. nimmt das Kloster Paris im Elsass in seinen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen und Privilegien. 1179. October 22. Anagni.

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis Conrado ¹⁾ abbati Parrisiensi eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum ²⁾.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuantes, ut ordo monasticus qui secundum dei timorem et beati Benedicti regulam et observantiam ordinis Cisterciensium ³⁾ fratrum in ipsa ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata

1) Hinter Conrado ein längerer leerer Raum. Der Name scheint nachträglich eingetragen zu sein. 2) Schluss der ersten Zeile, die in verlängerter Schrift geschrieben ist. 3) Hs.: Cistertientium.

permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, fundum videlicet in quo ipsum monasterium constructum est cum omnibus pertinentiis suis, locum qui dicitur Vetustum Parisius, Rumeimunt, Mittelwilre, Vorst, Mouchenheim, Arzenheim, Scheferewelt, Leheim, Rinvelden, Ruwacho, Phafenheim, Egensheim, Tanbach, Sigolsheim, Chonsheim. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, decimas a vobis nullus presumat exigere. Preterea liceat vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem aliqua levitate sine prioris sui licentia fas sit ab eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuram locorum seu grangiarumstrarum nullus violentiam seu rapinam seu furtum committere aut ignem apponere seu hominem capere vel interficere audeat. Sancimus preterea ut si episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est, tertio cum humilitate et devotione, sicut convenit, requisitus substitutos abbates benedicere forte noluerit, eisdem abbatibus liceat novicios proprios benedicere et alia que ad illud officium pertinent exercere, donec ipse duritiam suam recogitet et benedicendos abbates benedicere non recuset. Decernimus ergo ut nulli omnino homini liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen amen amen.

(Circulus pontificalis mit der Sentenz ‘† Vias tuas domine demonstra michi’ und ‘Alexander papa III.’; Monogramm für Bene valete).

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss.

- †Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
- †Ego Theodericus Portuensis et S. Rufine sedis eps. ss.
- †Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
- †Ego Berneredus Prenestinus episcopus ss.
- †Ego Johannes Ss. Johannis et Pauli presb. card. tt. Pamachii ss.
- †Ego Hugo presb. card. tt. S. Clementis ss.
- †Ego Matheus presb. card. tt. S. Marcelli ss.
- †Ego Ardicio diac. card. S. Theodori ss.
- †Ego Gratianus diac. card. Ss. Cosme et Damiani ss.
- †Ego Johannes diac. card. S. Angeli ss.
- †Ego Matheus S. Marie nove diac. card. ss.

Datum Anagnie per manum Alberti S. Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii XI. kalendas Novembris indictione XIII. incarnationis dominice anno MCLXXVIII. pontificatus vero domini Alexandri pape III. anno XXI.

Das Original dieser stattlichen Bulla major ist im Staatsarchiv zu Stuttgart. Das Regest von ihr hat bereits Jaffé unter N. 8746 gegeben. Das starke Pergament hat 0,55 Höhe und 0,54 Breite. Die Schrift ist wie meist in den Bullen Alexanders III. äusserst zierlich und dabei stark in die Breite gezogen.

Bleibulle und Schnur fehlen. Die Schnur fasste den zusammengefalteten Pergamentbogen derartig zusammen, dass 24 durch Schnitte gemachte Löcher zur Befestigung nöthig waren.

IV.

Der Gegenpapst Victor IV. verleiht dem Stabloer Abt Erlembald sowie seinen Nachfolgern Ring, Mitra, Dalmatica und Sandalen sowie andre Vorrechte. 1162. Juli 17. Parma.

Victor episcopus servus servorum dei dilecto in Christo filio Herleboldo Stabulensi abbati eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum¹⁾.

Consuevit apostolicę sedis clementia humiles et devotos filios ex assueta benignitate propensius diligere et in suis iustis petitionibus efficaciter exaudire. Ea propter dilecte in domino fili ERLEBOLDE abbas, tue sinceritatis devotionem immobilemque tui animi constantiam, quam erga sedem apostolicam et nos ipsos multis et magnis obsequiis te indubitanter habere cognovimus, propensius intuentes, tuis iustis postulacionibus clementer annuimus, et Anulum, Mitram, Dalmaticam et Sandalia in precipuis festivitatis et in ceteris congruis temporibus infra tuam ecclesiam tibi tuisque successoribus et in regali curia personę tue tantum deferenda auctoritate apostolica concedimus et presentis scripti privilegio confirmamus.

1) Ende der ersten Zeile, die in verlängerter Schrift geschrieben ist.

Preterea de discretione tua bene per omnia sperantes ad honorem dei et ad salutem fidelium animarum ex consueta benignitate sedis apostolicę potestatem tibi damus in ecclesia sermonem ad populum facere et verbum dei fidelibus annuntiare. Tua itaque interest, dilecte in domino fili, dare operam quam possis, ut te tam providum et sollicitum in commissis exhibeas, ut in retributione iustorum audire merearis: Euge serve bone, quia super pauca fuisti fidelis, intra in gaudium domini tui super omnia bona constituendus. Amen amen amen.

(Circulus pontificalis mit Umschrift: '† Tu es gloria mea, tu es susceptor meus, tu exaltasti caput meum domine' und dem Namen: Victor papa IIII. Monogramm für Bene valete).

Ego Victor catholicę ecclesię episcopus ss.

† Ego Ubaldus Ferentinus episcopus ss.

† Ego Guido presbyter card. tt. Calixti ss.

† Ego Johannes presb. card. tt. Pastoris ss.

† Ego Vinfredus presb. card. tt. S. Susanne ss.

† Ego Gerardus diac. card. S. Marie in Aquiro ss.

† Ego Gerardus diac. card. S. Georgii ad velum aureum ss.

Datum Parmę per manum Johannis S. Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii XVI. kalendas Augusti indictione X. incarnationis dominice anno MCLXI.¹⁾ pontificatus vero dompni VICTORIS pape IIII. anno III.

Das Original dieser Bulle befindet sich im Staatsarchiv zu Düsseldorf. Eine Abschrift derselben wurde mir auf meine Bitte auf das Bereitwilligste zugesandt. Nach Indiction und Pontificatsjahr gehört sie zweifellos in's Jahr 1162.

Die äussere Form bietet nichts Verdächtiges. Am Umschlag befindet sich noch die kirschrothe Seidenschnur, die Bleibulle fehlt.

V.

Papst Lucius III. beauftragt die gesammte Geistlichkeit dafür zu sorgen, dass die Cisterzienser und besonders die des Klosters Tennebach nicht durch falsche Interpretation des päpstlichen Privilegs, nach dem sie niemandem von dem von ihnen bearbeiteten Lande, altem Ackerland oder Neubruchland, Zehnten zu geben hätten, in ihren Vorrechten beeinträchtigt würden. 1184. März 4. Anagni.

Lucius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis episcopis et dilectis filiis abbatibus prioribus archidiaconis decanis presbyteris et aliis ecclesiarum prelatibus ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

1) Hs.: MCXI.; aber zwischen C und X befindet sich der Kniff und an dieser Stelle ist das Pergament etwas eingerissen, jedenfalls hat ein L dort gestanden.

Audivimus et audientes mirati sumus, quod cum dilectis filiis nostris fratribus Cisterciensis ordinis a patribus et predecessoribus nostris concessum sit et a nobis ipsis postmodum indultum et confirmatum, ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimasolvere teneantur, quidam ab eis nichilominus contra indulgentiam apostolice sedis decimas exigere et extorquere presumunt, et prava et sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes asserunt, de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus qui recte sapiunt, interpretationem huiusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum tam de terris illis, quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam de terris etiam cultis quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, liberi sint penitus et immunes; ne ullus contra eos materiam habeat malignandi vel quomodolibet ipsos contra iustitiam molestandi, vobis per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus omnibus parrochianis vestris auctoritate vestra prohibere curetis, ne a dilectis filiis nostris abbate et fratribus monasterii Thannibacensis¹⁾ vel aliis fratribus eiusdem ordinis de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalium, ullatenus decimas presumant exigere vel quomodolibet extorquere. Nam si de novalibus tantum vellemus intelligi, ubi de laboribus ponimus, de novalibus poneremus sicut in privilegiis quorundam apponimus aliorum. Quia vero non est conveniens vel honestum, ut contra instituta sedis apostolice veniatur, que optinere debent inviolabilem firmitatem, mandamus vobis et districte precipimus, ut si qui laici, canonici, vel monachi aut clerici contra privilegia sedis apostolice predictos fratres decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia²⁾ percellatis, canonicos sive clericos vel monachos contradictione, dilatione et appellatione cessante ab officio suspendatis et tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Ad hec presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus si quis in predictos fratres manus violentas iniecerit, cum candelis accensis excommunicatum publice nuntietis et faciatis ab omnibus sicut excommunicatum cautius evitari, donec congrue satisfaciat predictis fratribus et cum litteris diocesani episcopi rei veritatem continentibus apostolico se conspectui representet.

Datum Anagnie IIII. nonas Martis.

1) Hs.: Channibacensis.

2) Hs.: sentetia.

Das Original dieser Urkunde ist im General-Landes-Archiv zu Carlsruhe. Es ist ein Brief, daher ohne verlängerte erste Zeile und mit dem einfachen 'salutem et apostolicam benedictionem'; demgemäss auch das Datum, das übrigens nach dem Itinerar Lucius III. völlig sicher auf 1184 weist. Am Umschlag hängt an gelben Seidenfäden die Bleibulle.

Aehnliche derartige Briefe kommen in grosser Anzahl vor. Cfr. Jaffé, Reg. Pont. 9744 und ferner Württemberg. Urkundenbuch II. 130 und Fontes rerum Austriacarum Abth. II. Thl. XI. p. 15.

VI.

Papst Celestin III. bestätigt den Kanonikern des Baseler Münsters ihre Besitzungen. 1196. Febr. 1. Lateran.

Celestinus episcopus servus servorum dei dilectis filiis canonicis Basiliensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, curtes et predia fidelium vobis oblatione collata, nec non Kembiz, Willare, Burron, Huntebach, Rotenfluo cum ecclesia Hagendal, Turlestorf, episcopales quoque decimas in villa Lauffen, vineta in Sirmze, quae ex concessione tam venerabilis fratris nostri Luitoldi¹⁾ episcopi vestri quam predecessorum suorum possidetis. Preterea beneficia claustralia scilicet Wile, Solcoltsperc, Kekingen cum ecclesia Guodoltsh, Witenhetiz, que de assensu eiusdem episcopi et vestrum voluntate communi utilitati vestre deputata noscuntur. Sicut ea omnia iuste ac sine constroversia possidetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani kalendis februarii pontificatus nostri anno quinto.

Das Original dieser Urkunde ist im General-Landes-Archiv in Carlsruhe. Hier in den Briefen Celestins III. wird es zuerst stehender Brauch, die Pontificatsjahre dem Monatsdatum beizufügen. Am Umschlage hängt an roth und gelb seidenen Fäden die Bleibulle.

1) Hs.: Luit.

VII.

Fälschung.

Papst Clemens III. bestätigt die vom Abt Libo von Selz für die Fremden und Kranken gestifteten Besitzungen. 1191. Juni 8. St. Peter.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Quia fidelium profectibus nostra interest¹⁾ congratulari piisque votis eorum pro posse suffragari, fratris nostri Libonis caenobii Salsensis abbatis affectui congaudemus, qui quod priorum abbatum neglegentia contra²⁾ morem coenobialis instituti male omisum est, pie instaurare desiderans, cum fratrum suorum consensu pro amore Christi hæc in peregrinorum et pauperum contulit usus. Dominicalem decimationem de Salsa, de Winzenbach, de Rotheren, de Frankinheim, de Mundeffelt, de Steinbrunnon. Novalium decimationem de Wisintouua, de Bökþere, de superiori et inferiori Otterbach ubi non est salica terra, decimas prædii ad suum ius pertinentis. Dominicalem vero curtim ad Scerllenheim quam Heinricus³⁾ quartus rex, tertius imperator dedit S. Petro apostolo et S. Adelheide⁴⁾ pro remedio anime sue et liberatione totius generis sui in id ipsum. De Dierbach quoque quicquid de communi remanserit servicio, quod in abbatis Ercanbaldi datur anniversario. Hanc igitur constitutionem Clemens ego tertius presul Romanus abbatis ipsius rogatu ex apostolica auctoritate firmavi proprioque sigillo munivi. Quisquis ergo hæc bene conservaverit, vel iuxta vires meliorando adauxerit, vocem illam audiat optabilem: Venite benedicti patris mei. Si quis vero quod absit ea minoraverit vel irrita fecerit, a nobis anathematizatus et ab electis segregatus diabolo⁵⁾ societur eternaliter cruciandus.

Datum Rome ad S. Petrum VI. Idus⁶⁾ Junii anno nostri pontificatus quarto.

Das angebliche Original ist im General-Landes-Archiv zu Carlsruhe. Die innere Form, die Schrift und die äussere Einrichtung der Urkunde lassen sie in gleicher Weise als Fälschung erkennen. Der Anfang In nomine etc. ist im 12. Jahrhundert bei päpstlichen Urkunden unmöglich; auch dahinter wird nicht einmal der Namen des Papstes genannt. Ebenso ungeschickt ist die Nennung desselben am Schlusse der Urkunde und hier gar 'proprio sigillo munivi', was wohl im XI. Jahrhundert noch vorkommt, in dieser Zeit ganz unerhört ist.

Die Datirung ist ohne Sinn. Clemens III. stirbt bereits im März

1) Schluss der ersten Zeile, die mit verlängerten Buchstaben geschrieben ist. 2) Hs.: cotra. 3) Stumpf n. 2806. 4) Hs.: Adel Heide. 5) Cod.: daebolo. 6) idus ganz unleserlich.

1191. Die Worte vor 'junii' sind unklar. Die Schrift zeichnet sich durch alterthümliche und ungewöhnliche Formen aus; das r geht tief unter die Zeile, et ist plump verschnörkelt.

Schon die erste Zeile, die in verlängerter Schrift geschrieben ist, wäre beweisend. In dieser Zeit ist durchgängig in den echten Bullen die Höhe der verlängerten Schrift gleich dem Zeileninterwall. Man benutzte einfach die gezogenen blinden Linien, um die Buchstaben der ersten Zeile gleichmässig hoch zu haben. Bei dieser Urkunde Clemens III. ist aber die Zeilenweite 0,029, die Höhe der verlängerten Schrift 0,012.

Das Datum befindet sich unter dem Umschlag. Die Bleibulle fehlt, aber die gelb seidenen Fäden sind noch erhalten und gehen in gleichfalls ungewöhnlicher Weise in rautenförmiger Figur 4 mal durch den Umschlag.

VIII.

Papst Urban II. bestätigt dem Erzbischof Bernhard von Toledo die alten Metropolitanrechte seiner Kirche, auch über die Bisthümer, deren Gebiete zur Zeit noch von den Sarazenen besetzt sind. 1099. Mai 4. Rom St. Peter.

Urbanus episcopus servus servorum dei dilecto fratri Bernardo Toletane ecclesie archiepiscopo eiusque successoribus canonice¹⁾ promovendis in perpetuum²⁾.

Officii nostri nos hortatur auctoritas ea³⁾ que recte statuta sunt stabilire et his que destituta sunt subvenire. Idcirco frater in christo uenerabilis tuis postulationibus impertimur assensum ut Toletane metropoli parochias ascribamus, quandoquidem ea que antiquitus ei suberant a Saracenis latius possidentur. Confirmamus igitur tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum, et per vos ecclesie Toletane Cumplutensem parrochiam cum suis terminis et cetera que hodie quiete Toletana⁴⁾ ecclesia possidet. Episcopales vero sedes has eidem Toletane ecclesie tamquam metropoli subditas esse sancimus, Ovetum, Legionem, Palentiam, ceteras que antiquis temporibus Toletane ecclesie subiacebant, cum omnipotens dominus christianorum iuri restituerit sue⁵⁾ dignatione misericordie ad capud proprium referendas. Presentis decreti auctoritate sancimus porro personam tuam propensiori gratia in nostra manu tenendam, ita duximus, ita censemus uti solius Romani pontificis iudicio eius si qua fuerit⁶⁾ causa definiatur. Vestrum igitur karissime frater interest apostolicæ sedis benignitati atentius respondere et eius decreta reverenda humiliter in omnibus custodire. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes vicecomes, iudex

1) Ende der ersten Zeile, welche in verlängerter Schrift geschrieben ist. 2) Diese ersten 3 Worte der 2. Zeile ebenfalls in verlängerter Schrift aber von nur halber Höhe. 3) Hs.: et. 4) Hs.: toletatana. 5) Hs.: sui. 6) Hs.: fuerint.

aut ecclesiastica quolibet secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata¹⁾ iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen Amen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scriniarii sacri palatii.

(Circulus pontificalis mit der Sentenz '† Benedictus deus et pater domini nostri Jesu Christi' zwischen den Kreisen und den Namen: Scs Petrus, Scs Paulus, Urbantis pp. II, in der Mitte. Monogramm für Bene Valet).

Dat. Rome apud beatum Petrum per manum Johannis S. R. E. diaconi cardinalis IIII. non. maii indictione VII^a incarnationis dominicæ anno MXCIX. pontificatus autem domni Urbani secundi pape XII.

Ein vorzüglich gut gemachtes Facsimile mit allen Eigenheiten der Originalbulle auf Pergament und in fast rein gehaltener päpstlicher Kanzleischrift geschrieben, befindet sich in einem Sammelbände der Berliner Bibliothek ms. lat. fol. 377, welcher sonst Proben westgothischer Schriftarten enthält, und aus Spanien stammt. Nach der Unterschrift 'guardase con otras muchas sobre el mismo assumpto en el archivo de dha. Sta. Iglā. Primada' ist es seltsam, dass das Original dieser wichtigen Urkunde nie publicirt worden ist.

Der kunstreiche Schreiber der sämtlichen in diesem Bande von 17 Folioblättern befindlichen Schrifttafeln unterzeichnet sich auch auf unserer Bulle: Franciscus Xaverius à Sancto Jacobo Palomarius Toletanus hanc bullam de Primatu hiscemet characteribus longobardicis exscripsit ex originali Bulla membranacea. Toleti 1751.

1) Hs. : perpetra.